

pergere. nisi ab alijs portaret. votum fecit
q sepul. rñ beatę Elisabeth cū oblationi/
bus vilitaret. postmodū ex toto sanat⁹ est
Etia parētes cū pueris scām Elisabeth
debent invocare. **Uñ** cū quidā puer quat/
tuor annoz cū casu ī puteū cecidisset. qui/
dā veniēs haurire. aduertit puer ibi sub/
mersū iacere. quē cū difficultate extraxit ⁊
ipsū mortuū reppit. p ipso igit⁹ suscitādo
a penib⁹ ad beatā Elisabeth votū emitti/
tur. ⁊ pñno vita restaurat. Etia quidāz
scholaris dū piscatōi min⁹ caute īsisteret.
in flumē cecidit. magno g⁹ tps⁹ spacio īter/
iecto dū corp⁹ ei⁹ esset extractū. mortu⁹ est
ab hominibus indicat⁹. **Lūc** beatę Elisa/
beth īplorant⁹ merita. ⁊ cūctis videntib⁹ si/
bi reititū. ē vita ⁊ sal⁹. Etia pōt subuenire
ī extrema necessitate ⁊ ī piculo mortis **Uñ**
vñ qdam noīe **Nicolaus**. cū quodāz fure
īnocent⁹ est dephensus. ⁊ suspēdio cū ipso
adiudicat⁹. cunctos hoīes rogauit vt deū
⁊ beatā Elisabeth rogarent. vt eū fm sua
merita inuaret. **Lūc** g⁹ suspensus esset. audi/
uit sup se voces dicentē: **Cōfide** in beatāz
Elisabeth. ⁊ fiduciaz habe ⁊ liberaberis.
Statimqz alio remanēte ei⁹ fune fracto d
alto loco cecidit. nullā tñ lēsiōē sentiēs.
licet noua camisia q̄ indut⁹ erat rumpeatur
Qui exilarat⁹ ter ait. **Sācta Elisabeth**
tu me liberasti. ⁊ sup stratū molle me cade/
re fecisti. **Lūc** g⁹ aliq⁹ dicerēt itez cū debere
suspendi. iudex ait. quē deus liberauit. de/
nuo suspendi non permittam

De sancta katherina virgine
Sermo. xliij.

Damauit eam

Rex pl⁹ q̄s oēs mulieres. habuitqz
grām ⁊ misericordiā corā eo sup oēs mulie/
res. **Hester. ij.** **Ista** xba q̄ legunt⁹ de regi/
na hester. puenire etiā pñt lāctę katherinę
q̄ fuit de stirpe regali. pgenita. et modo est
oib⁹ hominib⁹ in singularē patronā da/
ta. **Quis** aut⁹ christus spōsus xginūz oēs
spōsas habuent charas. ipsi tñ katherine
p ceteris multa dona donauit. **Uñ** ī pñti/
fmone ad honorē lāctę katherinę. (q̄ nō/
mit. anno dñi. cccxi. sub maxentio impato

re.) tria sunt dicēda. **Primo** ei⁹ pñlegia.
Secūdo aliq⁹ p informatiōe nra. **Tertio**
aliq⁹ miracula. **Quantū** ad pñā prem/
isti⁹ fmōis sciēdū q sup oēs xgines post
beatā xginē Mariā videt⁹ eā christus ad
amasse. qd ostēditur in pñlegijs ⁊ gratijs
q̄ alijs sanctis pñculanter. s⁹ lāctę kathe/
rinę vniūsaliter ptulit. **Primum** est an/
gelica vita. qz integrā ⁊ imaculatā xgini/
tatē fuanit. qd est pñiū angeloz. **Uñde**
Ambro. **In carne pter carnem** viuere nō
terrena vita ē. s⁹ celestis. **Et** ī pñilegio
assimilat⁹ aliq⁹ modo virgini **Marię** q̄ est
xgo virginū **Q** aut⁹ virginitas lāctę ka/
therinę lit cōmendabilis. patet ex eo. quia
tanto virginitas est maioris meriti. quāto
maiorē p ceteris habet repugnantia ⁊ pu/
gnā ⁊ plura retrahētia. ⁊ talis fuit virgini/
tas katherinę. **H**abuit enī inuentutez. qz
erat decēocto ānoz. **I**nuentus aut⁹ ē mul/
tis causa lāsciūg. **I**sta autē inuentus libi
nocere nō potuit. qz cordis grauitatem et
imaturitatē seruauit. **E**tia habuit pulcri/
tudinez. **Uñ** dī de ea q erat incredibilis
pulcritudinis ⁊ omniū oculis admirabilis
videbat⁹. **P**ulcritudo aut⁹ xginib⁹ ⁊ mu/
lierib⁹ sepe est causa ruīg sibi et alijs. sibi
p supbiā. alijs p malā pñpiscētia. **I**sta
aut⁹ pulcritudo sibi nocere nō potuit. quia
nō curauit de pulcritudine exteriori s⁹ inte/
riori. **Uñ** ps. xliij. **O**mnis gloria eius fi/
lię regis abintus. **E**tia habuit rerū abun/
dantiā. qz patri suo q̄ erat rex magn⁹ ī di/
uitijs successit. **I**sta autē rerū opulētia ei
nocere non potuit. qz licet haberet rerum
abundantiāz. tñ in diuitijs fuanit pamp/
tatem. **Rā** ⁊ paupibus omnia tribuit. et ī
seipsa tpantiā fuanit. **E**tia habuit mul/
tiplicez sollicitatorē. quia tyrān⁹ impator
maxentius tria ei pñisit q̄ mulieres ⁊ xgi/
nes affectare psueuerūt. vt sibi pñsum p̄/
beret. **P**romisit ei diuitiaz copā. pñisit
dignitatē magnā se3 q̄ secūda esset in pa/
latio post reginā. tertio pñisit gloriāz im/
mensāz qz sibi statuā in foro erigeret. ⁊ ab
omnib⁹ adorari deberet. **H**uiusmodi au/
tem munera multis mulierib⁹ et virginib⁹
fuerūt causa ruīg; **Sed** beatę katherinę

Sermo

Ita nocere nō potuerunt. qz diuitias contēpsit. dignitates respuit. gloriam mundanā abhorruit. **Un** tyrāno dixit psuadēti: **Desine** talia dicere. qz nephas ē etiā cogitare. **Ecce** p̄mū p̄uilegiū. **Secūdu** p̄uilegiū ē christi visitatio. **Et** illud fuit i **Jo**hanne euāgelista. ad cuius transitum christus cū discipulis suis venit. **Et** illud p̄uilegiū in beata katherina inuenit. qz cū esset in carcere christus cū multitudine angelorū ⁊ ḡginū ad eā descendit dicens: **Agnosce** filia creatorē tuū. p̄ cuius nomine gloriosū ⁊ laboriosū inisti. certamē. cōstans esto. qz ego tecū sum. **Tertiū** est celestis resectio. **Et** illud fuit in **Magdalena** q̄ celestibz resectionibz pascebat. **Et** illud fuit i brā katherina q̄ in carcere posita fuit vt ibidem diebz duodecim fame cruciaret. s̄ dens p̄ colūbam sibi cibum quotidie destinabat. **Quartū** est petitionū exauditio. **Illud** fuit in brā **Margaretha**. ⁊ etiā i scō basilio q̄ in sua passione deū rogauerūt. vt q̄cunqz in nomīe ipsoz aliqd peteret a deo obtineret. **Et** etiā illud fuit in brā katherina. qz in sua passiōe deū orauit vt q̄cunqz memoriā sui ageret. vel in morte se sibi recomendaret. vel in q̄cunqz alia necessitate eaz inuocaret. diuine misericordie effectum sentiret. **Et** facta ē vox de celo dicens: **Veni** dilecta mea i thalamū spōsi tui. qz quecunqz petisti impetrasti. ⁊ p̄ quibz oras salui erūt. **Quintū** est celestis portę resecratio. **Et** illud fuit in brō **Stephano** q̄ vidit celos aptos in tpe passionis et mortis sue. **Et** illud fuit in brā katherina q̄ cū decollari deberet. vox facta est ad eā dicens: **Veni** spōsa mea. ecce tibi ianna celi apta est. **Sextū** ē angeloz accessio. **Qd** fuit i **Magdalena**. **Illud** etiā fuit i brā katherina. cui angeli obsequiū in morte presterunt. ⁊ in vita sua. ⁊ in martyrio suo et post mortē suam. **Septimū** est diuine lucis conuersatio. **Et** illud fuit i brō **Andrea**. in cui⁹ martyrio lux magna emicuit. ⁊ cū ip̄a luce aīa ei⁹ in celū ascendit. **Et** istud fuit in brā katherina q̄ cum in carcere tenebroso fuisset inclusa. magna claritas ibi resplenduit. q̄ etiā ipsos carceris custodes i fugā

cōuertit. **Octauū** ē lactis emanatio. **Et** istud fuit in brō **Paulo** aplo. in cuius decollatione vnda lactis p̄ sanguine emanauit. **Illud** etiā fuit in brā katherina q̄ cū decollata fuisset. p̄ sanguine lac effluxit. et istud denotat suā magnā puritatem. **Nonū** qz christus fecit eā p̄ angelos sepeliri. **Angeli** enī corpus ei⁹ ad montem sinai itinere plusqz viginti diez deduxerunt. et ibi honorifice sepelierunt. ⁊ i eodē monte de⁹ dedit decē p̄cepta **Moyli**. vbi iam est sepulchz sanctę katherine. **Et** in b̄ assimilat scō **Alemēti** cui angeli i mari monumentū fecerūt marmoreū ⁊ ibi ipsū sepelierunt. **Decimū** qz ex corpe sanctę katherine reludat oleū valēs in salutē multoz. **Et** q̄ntum ad b̄ s̄lis fuit scō **Nicolao**. de cuius corpe oleum manat qd cūctos languores sanat. **Undecimū** qz christ⁹ tricētenaz sibi p̄tulit coronā. **Un** tricētena sibi christus p̄mia dedit. **Et** in b̄ assimilat **Jobā**ni baptistę. de q̄ cantat: **Serta** ter denis alios coronat zc. **Qam** brā katherina habuit coronaz ḡginū. qz ḡgo fuit mente et corpe. **Etiā** h̄z coronā p̄dicatoz. qz p̄dicatrix fuit. **Nā** ipsa p̄uertit q̄nquaginta rhetozes q̄ in omni sciētia ⁊ sapiētia pollebāt et oēs alios ḡgros p̄cellebat toti⁹ mūdi. q̄s impator i medio ciuitatis p̄buri iussit. **Etiā** p̄uit reginā q̄ fuit vxor maxēij ip̄atorj cui iussit impator māmillas abscondi ferreisqz vngulis extrahi. ⁊ deinde decollari. **Etiā** p̄uertit porphiriū principē militū cū dūcētis militibz. q̄s etiā maxētius fecit decollari ⁊ corpa eoz canibz dari. **Et** sup̄ multos alios homīes viros ⁊ mulieres. senes ⁊ iuuenes. diuites ⁊ paupes conuertit ad fidē catholicā ⁊ reduxit ad vā salutis. **Etiā** h̄z coronas martyz. qz brā katherina q̄ntuplex gen⁹ martyrij p̄pessa ē. **Primū** qz fuit scorpionibz flagellata. **Secūdu** est. qz postqz fuit flagellata ⁊ lacerata sic i obscurissimo carcere reclusa ē. **Tertiū** qz fuit fame cruciata. **Ordianerat** enī tyrān⁹ vt sine cibo ⁊ potu duodecim diebz moraret. **Quartū** est qz fuit sup̄ rotas horribiles extensa. q̄ rote fuerunt dissipatę porationez ei⁹. ⁊ p̄ angelū p̄cussę sunt. ⁊ q̄tuor

milīa infidelīū interierūt. **Quintum** quia fuit decollata. et g̃ merito habet coronas martyꝝ. p̃dicatoꝝ et virginū. **Quode** **cū** p̃uilegiū. q̃z hodie in toto mūdo eius festū solēniter celebrat. Et in h̃ p̃cellit omnes virgines in celo existētes p̃ter virginem Mariā. q̃z nullius virginis festum p̃ totum mundū celebrat. q̃uis in aliquibus diocēlibz et p̃uincijs p̃ticulariter festa aliquaz ḡginū celebrantur. tū non vniuersaliter p̃ totum mundū. **Quantū** ad secundam p̃tes. p̃ nostra informatione queritur. utrū virgo vel quicūqz hominūz possit peccare sine actu in luxuria mortaliter. **R**idetur q̃ sic. et h̃ cōtingit multipliciter. **P**rimo cū q̃s dat p̃sensum in morosam delectationē. sic qui delectantur cū plena ratione in malis cogitationibus. q̃d tū nimis piculosum est. **Vñ Aug.** Cogitatio morosa cū delectatione et p̃sensu est mortalis. **S**ed tū sciendum q̃n alicui incidit turpis cogitatio p̃tra volūtatē. nullum est p̃ctm̃. **G**regi. **Quantū** cūqz sit imūda cogitatio mentē nō polluit si ratio non p̃sensit. **S**ecundo p̃mittit luxuria sine actu sc̃z cū visu. vt cū quis ea intentione inspicit aliquā p̃sonam. vt eā p̃cupiscere velit. **M**atth. v. **Q**ui viderit mulierē ad concupiscendū eā iam mechatus est eā in corde suo. **T**ertio cōmittit locutionē. vt cū q̃s alloquit̃ vel arridet aliquā p̃sonam ea intentione vt eam alliciat ad p̃ctm̃ mortale peccat mortaliter. **S**ed si in ioco loquitur ei. tūc nisi venialiter. **Vñ dī in decre.** **D**eus iudicat verba s̃m intentionem p̃ferentis. xxiij. q. v. **H**umang. **Q**uarto cōmittitur p̃ tactum impudicum vel amplexus et oscula et h̃mōi. q̃ modus ab ap̃lo vocat̃ turpitudō. vt habet̃ ad **Eph. v.** **Q**uinto cōmittit̃ p̃ ornatuz corpis. vt mulieres vñ ḡgines q̃ ad h̃ se ornāt vt alios allicere possent mortaliter peccāt. **S**exto cōmittit̃ p̃ dona et munuscula. vt cū q̃s dat alii cui p̃sonę donū vel clenodiū ea intētionē vt eā sic ad malū actū alliciat. **E**t etiā q̃ portat talia dona vñ l̃ras amatorias sciēter mortalit̃ peccat. **S**eptimo cōmittit̃ q̃n aliq̃s h̃z volūtatē malam p̃ficiendū

actū cū nō pōt habere locū et p̃sonam. vel etiā q̃ haberet locū et p̃sonam et oportunitatē p̃petrandi actum. h̃ solūmodo p̃pterea dimittit. q̃z timet mundū et scandalum hominū et p̃fusionē p̃p̃iā. ne imp̃p̃gnet vñ ne alijs publicet. h̃ si sciret se posse latere in h̃ actu. nec deū nec sanctos curaret quin h̃ ope p̃petraret. talis mortaliter peccat propter malā volūtatē. **E**t h̃ idē intelligendū est de quolibet p̃ctō mortali q̃d quis nō p̃pter deū dimittit. h̃ solū p̃pter timorē hominūz. **Vñ Leo papa.** **S**unt nōnulli q̃ dū corde p̃cipiunt p̃ctm̃ faciendū delibērat. illō h̃o timore dimittūt. aut p̃pter difficultatē implere nequeūt. h̃i p̃fecto nō ī domino moriunt̃. **Aug.** **I**psa volūtatē reus est q̃ vult q̃d nō licet. h̃ ideo nō facit. q̃z nō pōt impune fieri. **Quantū** ad tertiā p̃tem istius sermonis sciendūz q̃ oēs homines cuiuscūqz status debēt honorare sanctam katherinā. et eius festū solēniter celebrare. et eā deuote in oībus necessitatibus et infirmitatibz tanq̃ singularē patronam cū omni fiducia innuocare. **E**t primo sacer dotes et clerici et litterati. q̃ ipsa maxime litterata fuit et m̃grā septē artū liberaliūz excellēs fuit. tanq̃ sponsa christi a spiritu sancto edocta. **E**t in signū huius q̃nquaginta oratores ad sponsum suū iesum christum p̃uertit. **U**nde legit̃ q̃ quidā scolaris in anglia in ciuitate cantuariēsi deuotē seruinit sanctę kathering. vt sibi gr̃az a deo impetraret vt posset studere in sciētia et vita. in moribz ad honorē dei et salutem p̃ximoz. et sic tulit libros suos et profectus est ad generale studiūz. et in breui tpe tū p̃fecit q̃ adeptus est magisteriūz. **R**ex aut̃ anglie audiēs famā eius q̃ sic l̃ratus eēt et p̃bus ipsū ad se vocauit. et filiū suū ei p̃misit vt eū fidelit̃ iſtrueret. et m̃gr̃ oēm diligentiā fecit. h̃ filius regis duri genij et rebellis fuit. **A**ccidit aut̃ semel q̃ p̃pter rebellionē suā m̃gr̃ eū exiit et q̃sinit ḡgā vt eūz disciplinaret sicut bene mēruit. et filius regis nudo corpe camerā exilijt. et currens p̃ pontē in aquam cecidit et submersus fuit. **M**gr̃ autē territus deuote recōmendauit eum sanctę kathering. **S**tatim piscatores

Sermo

cū nauibz sunt missi vt quærerēt filiū regis
sed nō est inētus ab eis. **M**gr̃ incarcerat
et in carcere p̃tinue inuocauit sanctā kather-
inam. recōmendans ei filiū regis. Et ter-
tia hora sequētis diei cū cantaret summa
missa ī prochia. fili⁹ regis intrauit ecclesiā
habēs albā camisiā in q̃ aureis lris erat
scriptū illud ps̃. cxvij. **D**a mihi intellectus
vt discā mandata tua. **H**ec regi et regine
narrant. qui statim cū gaudio venientes
ad ecclesiā: viderūt filiū suū sanū et
vīuū. **E**t filius regis narrauit patri et ma-
tri et omnibz circūstantibus q̃ beata kather-
ina eū sustentauit in aqua p̃ diem et no-
ctē sine omni lēione. p̃pter m̃gr̃m qui recō-
mēdauit me sanctę kathering. cui fideliter
a iuuentute seruiuit. **E**t postmodū idēz fi-
lius regis optimum ingenū studendi ha-
buit. et q̃cūqz sibi legebant statim intel-
lexit. **R**ex autem cūz omni populo valde
gauius est. et exaltauit magistrū illum ad
magnos honores et ad magnas dignita-
tes propter meritū sanctę kathering. Et
ipse rex et regina et filius suus ā modo om-
nibus diebus vitę suę fideliter seruierunt
sanctę kathering. **T**unc m̃gr̃ cōposuit illā
collectā quę hodie in eius missa legitur:
Deus qui dedisti legem Moysi in summi-
tate montis sinai. et in eodem loco corpus
beate kathering virginis et martyris tuę
per sacros angelos mirabiliter collocasti.
p̃cede. p̃pitius. vt eius meritis et intercessio-
ne ad montē q̃ christus est valeamus p̃-
uenire. **E**t sic patet q̃ beata katherina ser-
uientes sibi nō dimittit in necessitatibus:
sed succurrit ipsis. **E**tia quidam pleban⁹
dilexit multum beatā katherinam. et in
festo eius singulis annis cōuiuium prepa-
rauit. et sacerdotes et paupes inuitauit. **E**t
quattuor fures dixerūt ad seinuicē. **P**le-
banus iam cantat in ecclesia cum ceteris
clericis. et nos volumus domū suā in-
trare et nullo vidente res suas exportare.
Et intrātes domū neminem inuenerūt ni-
si famulā q̃ erat retro in coquina p̃parās ci-
baria. et puum canē q̃ latrabat. **Q**ui fures
caput amputauerūt et camerā eius intraue-
runt et omnia rapuerūt. **S**ed nutu dei ca-

merā exire nō poterant. et caput canis am-
putatū adhuc p̃tinue latrabat. **C**ū sacer-
dos cū ceteris rediens de ecclesia fures in
camera reperit. et caput canis amputatum
vidit adhuc p̃tinue latrare. et ipsi fures. vi-
dentes magnalia dei et beate kathering:
petiuerūt a plebano veniam et promiserūt
emēdā. **S**ic sancta katherina seruauit res
sui dilectoris. **E**tia sciendū q̃ quidam di-
lectores sanctę kathering p̃sueuerūt singu-
lis annis aliqd ob reuerētiā eius dimit-
tere. **U**n quidaz m̃chanicus fideliter ser-
uiuit beate kathering. et omni anno aliqd
p̃pter ipsā omisit. vno anno abstinuit a
vino. alio anno a carnibz. aut ieiunauit ī
qualibet septimana vnu diem. aut mane
surrexit. aut aliquā elemosinā singulis
diebz dedit. aut certū numerū orationum
orauit. **S**emel in anno. p̃misit se nō sciē-
velle mentiri. sed semp cū veritate emere et
vendere. **E**t p̃mo plures emptores p̃didit
q̃ simpliciter dixit sic tibi dabo et nō remis-
sius. tūc firmiter tenuit. et sic damnū incur-
rit. attamen promissum infringere noluit.
Post aliquos dies btā katherina a deo
impetrauit q̃ oēs p̃gnouerūt veritatez ip-
sius in emēdo et vendēdo. et sic acquisiuit
sibi magnū p̃cursum populi. et sic in breui
damnū recupauit. et postmodū ditatus ē
plusq̃ antea fuit. et veritatez vsq̃ ad obi-
tū suū in artificio suo seruauit. **E**t sic p̃t
q̃ btā katherina suis seruitoribz etiā in tē-
poralibz subuenit. **E**tia btā katherina s̃-
uenit homini in aīa. **U**n quidā index in-
iquus ieiunauit omni anno ī vigilia sanctę
kathering. et festū ei⁹ solēniter celebrauit.
et singulis annis ob reuerētiā sanctę kather-
ing aut aliqd fecit. aut aliqd omisit. **E**t
vno anno. p̃misit. q̃ quicqd peteret ab eo
in honore sanctę kathering. s̃ nollet dene-
gare. **A**pparuit aut ei btā katherina ī spe-
cie paupculę mulieris. et petiuit manū ei⁹
dextraz sibi dari. **Q**ui amputauit sibi ipsi
manū dextrā et dedit paupculę mulieri.
Tūc amici ipsi⁹ verecūdantes de s̃ q̃ ma-
nū nō habuit. induxerūt eū ad ingressū re-
ligionis. **P**ostq̃ aut intrauit religionem
beata katherina impetrauit sibi magnaz

grām a deo. q̄ se multū emendauit. ⁊ deo
et beatę katherinę amplius fideliter serui
uit. Et cum iaceret in extremis. apparuit ei
beatā katherina pulcra valde dicēs: **P**osti
me. **Q**ui rēdit nō. Et illa dixit: **E**go sum
katherina cui manū tuā dedisti. ⁊ ostēdit
ei manū dicēs: **H**oc ideo feci. q̄z allā viam
te saluādi inuenire nō potui. et sic feliciter
obiit. Etiam mercatores p̄ terras cum merci
monijs ambulātes debēt eā innocare ⁊ ei
seruire. **U**n vir quidā mercator multū di
lexit beatā katherinā. ⁊ vno tpe iuit cū pā
nis vendēdis ad nūdinās. quia pānicida
erat. ⁊ raptōres veniētes rapuerūt sibi pā
nos. Et ipse inuocauit beatā katherinam
dicēs: **O** beata katherina quō possum cre
ditoribz meis debita p̄soluere ⁊ vñ debeo
amplius vxorem ⁊ pueros nutrire. Et sta
tim raptōres p̄culli sunt cecitate ⁊ tremore
mēbrozū. q̄ vidētes plagam dei ⁊ beatę
katherinē sup se omnia restituerunt. ⁊ eū
libere abire fecerūt. ⁊ inuocauerūt beatā
katherinā ⁊ vouerūt amplius nunq̄ vel
le spoliare aliquē hominē si meritis ipsius
sanarent. et statim ecōuerso sanati sunt et
vitam suā emendauerūt. Etiam beata ka
therina nunq̄ vel raro p̄mittit dānari ser
nientes sibi. **U**n legitur q̄ quidā canoni
cus habēs plura beneficia. ⁊ malam vitā
duxit. sed beatā katherinā dilexit. qui ha
buit capellanū virū deuotum ⁊ castum et
aliū p̄byterū cōmensalem qui etiam satis
seculariter vixit. Et quadā nocte capella
nus visionem habuit. ⁊ vidit canonicum ⁊
p̄byterū ambos ad iudiciū trahi. ⁊ iudex
volens sententiare sup ambos vt decapi
tarent. Beata katherina intercessit p̄ ca
nonico apud iudicē vt sententiam adhuc
p̄ annum differret. ⁊ sic se in illo anno emē
daret. sed alius p̄byter non habuit in
tercessorem. ideo decapitatus est. De ma
ne finito diuino officio p̄byter ad mensā
nō venit. de quo āmirabat canonicus. et
capellanus vir iustus castus ⁊ deuot⁹ nar
rauit canonico quā visionem viderat ī no
cte. ⁊ sic ambo inērūt ad domū p̄byteri et
eū subitanea morte defunctū inuenerunt.
Quo viso p̄territus canonicus omnia be

neficia libere resignauit ⁊ ordinē cisterciē
suum intrauit. ⁊ vitā suā in bono finiuit.
Etiam meretrices debēt honorare sanctam
katherinā. **U**n legitur q̄ quēdam mere
trix p̄ viginti annos ī meretricio p̄durauit.
⁊ nihil boni fecit. nisi q̄ ieiunauit vigiliāz
sanctę katherinę. ⁊ iuit ad ecclesiam ⁊ con
tritionez habuit sup omnia p̄ctā suā q̄ fe
cit p̄ totū annum. ⁊ p̄misit se velle emēda
re. s̄ semp reciduaui. et in vicesimo anno
iterū iuit ad ecclesiam cū p̄posito emenda
tionis. ⁊ p̄strata ante imaginē beatę virgi
nis katherinę inuocauit eā deuote. ⁊ p̄mi
sit realiter emendā. ⁊ imago magna beatę
katherinę cecidit sup eā ⁊ mortua ē. ⁊ cam
panator volens pullare ad vesp̄as inue
nit eā mortuā. ⁊ vocauit sacerdotem ⁊ po
pulū ad videndum b̄ factum. ⁊ sacerdos ⁊
populus cognouerūt eā esse meretricē illā.
Et rogauerūt deum ⁊ sanctā katherinam
vt reuinceret si esset spes salutis. notificā
do eis quō mortua esset. Et statim surre
xit et sacerdoti et omni populo indicauit
quō imago beatę katherinę eā occidisset.
Et beata katherina duxit eā ⁊ ostendit ei
p̄nas damnatorū. ⁊ etiam gaudia bono
rum ⁊ beatorū. Et insuper impetravit ei a
sponso suo iesu christo vt ecōuerso reuinc
eret ⁊ p̄ctā p̄fiteretur. ⁊ supplicauit sacer
doti vt audiret p̄fessionem eius. p̄pter deū
⁊ sic integram p̄fessionez fecit. ⁊ postmodū
nunq̄ mortaliter peccauit. Etiam sācta ka
therina succurrit mulieribz p̄gnantibus.
Un filius cuiusdā p̄ncipis defunctis pen
tibz fideliter seruauit beatę katherinē. **N**ā
habuit capellā p̄pe castruz suū in honore
sanctę katherinę dedicatā. ad quā quoti
die intrauit. ⁊ beatę katherinē orauit. Ac
cidit autē semel dū sic oraret q̄ tres pulcer
rimę x̄gines sibi apparerēt. et ipse territus
caput ad terram inclinauit. ⁊ vna illaz di
xit: **O** q̄z rusticaliter agis cū tñ sis nobilis.
inspice ī nos q̄z p̄pter te huc venimus. Et
media dixit: **Q**uā ex nobis p̄ sponsa vis
habere. Et illa a dextris suis dixit sibi oc
culte vt sibi mediā eligeret. ⁊ dixit illaz esse
beatā katherinā huius capelle patronā. ⁊
ipse eligit sibi eandē ī sponsam suā. **T**ūc

ipsa beata katherina in signū despōsatio-
nis dedit sibi crinale pulcerrimū de rosis
pulcerrimis et p̄ciosis. ponensq; sup caput
ipsi. Et in se reuersus inuenit sup caput cri-
nale d̄ q̄ p̄cessit odor suauissim⁹ et ex h̄ val-
de gauis⁹. Fuauit crinale illud cū omni di-
ligētia. et multo fideli⁹ et deuoti⁹ ampli⁹ ei
seruauit. Postq; aut attigit virilē etatē.
amici sui tradiderūt ei pulcerrimā xginē et
nobilē ī m̄rimoniū. Et celebratis nuptijs
eque seruauit b̄tē katherinē. et semp de ma-
ne surrexit. et capellā intrauit et orauit. Et
v̄xor ipsius iam im̄p̄gnata q̄siuit ab ancil-
la sua. q̄ d̄ns eius de mane transiret. Cui
ancilla: Est cinis. p̄pe cēmiterīū qui habet
pulcerrimā filiā et ad illaz vadit. et v̄xor ex
h̄ valde tristata ē. et d̄ sero multū quesiuit
vir in lecto cur sic tristis esset. et ipsa respō-
dit: Rōne merito trīstari debere. q̄ v̄naz
aliā plus diligitis. et semp de mane surgi-
tis et ad eā itis. Et ille. quē est ista. Ipsa re-
spōdit. filia illius cinis. p̄pe cēmiterīū. Et
ipse respōdit: Nō est ista filia cinis cui ser-
uio. s̄ est alia multo pulcrior ea ad quā de
mane vado et ei seruo. Et iterū altero die
de mane ab ea surrexit. et ad capellā iuit et
ipsa nimīū tristata seipsam occidit cū gla-
dio et puerū ī v̄tero. Et ipse rediens de ca-
pella et aperiens camerā vidit matrē cum
puero occisam. et amare cepit flere et clama-
re. *Ac. ve. ve.* q̄re non dixi tibi veritatem:
Nā ego sum occasio istius mali. Et sic sta-
tim ecōuerso cucurrit ad capellaz et flendo
inocauit b̄tām katherinā. et itē appa-
runt sibi ille tres xgines. et b̄tā katherina
tersit iibi oculos et faciē dicēs: Quare spre-
uisti me et recepisti tibi aliā spōsaz. attamē
q̄ mibi semp seruauisti ego tibi succurraz
et v̄xori et puero. surge cito et vade ad cast̄
tū. et inuenies v̄xorez tuā viuā q̄ peperit
filiā quā etiā katherinā nōiare debes. et p̄
satisfactiōe q̄ me spreuisti. debes p̄struere
h̄ monasteriū sanctimonialiū. et filia q̄ iā ē
nata erit p̄ma abbatissa huius monaste-
riū. et erit xgo deuota. et ipsa liberabit cum
suis deuotis oñibz aīaz p̄ris tui de pur-
gatorio. Et ipse statim letāter cucurrit et
matrem et filiā inuenit. Et ipsa fatebat

q̄ demones animā eius ad infernū dedit.
xissent. si beata katherina sibi nō succurris-
set. Et ipse cōstruxit monasteriū et crina-
le roscum q̄d beata katherina sibi tradi-
dit ad monasteriū dedit. et nominauit mo-
nasteriū ad roseū crinale. et ipse et v̄xor bea-
te katherinē oībz diebz vitę sue h̄uierūt
Sequunt sermōes cōmunes di-
scipli. De dedicatiōe. sermo. xlv

Dom⁹ mea do

Dom⁹ oñis vocabit. *Esa. lvi.*
Matth. xxi. Marc. xi. Luc. xix. Johis. ij.
Hodie pagit festū dedicatiōis hui⁹ ec-
clesiē q̄ in honore istius sancti. R. vel isto-
rum lectō. R. et. R. est dedicata. Et tale
festū solenniter et deuote et letanter est per-
agendu. Vñ in decre. dī. Dedicatiōis
solēnitas est singulis annis solenniter cele-
brāda. d̄ cō. dī. i. Solēnitates. Vnde in
p̄nti smone tria sūt dicēda. Primo quō-
pbat q̄ festū dedicatiōis est solēniter ce-
lebrādū. et q̄d cogitare debet q̄s cū intrat
ecclesiā. et q̄re libent̄ ire debemus ad eccle-
siam et ad dedicatiōē. Secūdo de illis q̄
nō sūt sepeliēdi in loco sacro. Tertio quē-
dam exempla et miracula. p̄ informatione
n̄ra. Quantū ad p̄mā p̄tem istius smo-
nis sciendū. q̄ festū dedicatiōis ē solēni-
ter letant̄ et deuote pagendū ab omnibus
christifidelibz. Hoc pbat p̄mo ex veteri
testamēto. Nā Exo. xxij. p̄ceptū ē a d̄no
q̄ vniūsus p̄plus israel ter in anno. i. tribz
festiuitatibz scz pasce p̄tecostes et in festo
enceniorū. i. dedicatiōis tēpli vniūsq; q̄s
p̄ntaret se d̄no ī hierusalē. et offerre debe-
ret hostias in lege determinatas. Et sic nos
cū oñibz et oblationibz solēnicare debe-
mus festū dedicatiōis. Vñ dī Exo. xxij.
Nō apparebis in cōspectu meo vacuus.
Si paup̄ es offer deo cor cōmitum. ps. l.
Sacrificium deo spiri⁹ cō. zc. Secun-
do pbat in nouo testamēto. Naz christ⁹
p̄sonaliter visitauit festū dedicatiōis. vt
p̄tz Job. x. Facta sūt encenia ī hierusalē
et hyems erat. et ambulabat iesus in tēplo
in porticu salomonis. Et quotienscunq;
ielus hierusalē venit frequēter p̄mo tēplū